

d
c



17

(10)

Generalprüfung

f



AD
SOLARIS ECLIPSEOS MAGNÆ

d. 13. Septembr. 1699. cum stupore visæ

CATASTROPHEN

In
Serenissima Clementia reduce

SERENISSIMI POTENTISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,

DN. FRIDERICI AUGUSTI,

Regis Poloniae, Magni Ducis Lithuaniae,

Ruffiæ, Pruffiæ, Masovidiæ, Samogitiæ, Kyoviæ, Volhyniæ,
Podoliæ, Podlaciæ, Livoniæ, Smolenskiæ, Severiæ & Czernichoviæ,
Ducis Saxoniae, Juliæ, Cliviæ, Montium, Angriæ & Westphaliæ, S. R. Im-
perii Archi-Marschalli & Electoris, Landgravii Thuringiæ, Marchionis
Misniæ, nec non superioris & inferioris Lufatiæ, Burggravii Magde-
burgi, Comitis Principali dignitate Hennebergiæ, Comitis de
Marcha, Ravensberg & Barby, Dynastæ in Ra-
venstein, &c.

REGIS ELECTORIS AC PRINCIPIS NOSTRI
LONGE CLEMENTISSIMI

In
ACROATERIO TORGENSI

d. III Octobr. 1699. Hora VIII.

ADMIRANDAM

Domini Mæcenates Patroni ac Fautores
officiosissime eaq; quâ par est humanitate
invitantur

M. Godofredo Steinbrecherò,
Rectore.

TORGÆ,
Stanno HEMPIANO.

Lugendo gaudete
 Qvæis pronus cœlum intueri datus vultus.
 Gaudendo lugete
 Qvos juvat lucem qvære in tenebris, tenebras in luce.

Oculis requirite
 Oculis qvod carius,
 At oculis qvid carius?
 Concurrите qvæso gaudentes, lugentes confluite.

Rectissime!
 Cœlum ipsum irasci nobis visum dolor! est,
 Cœlum non nubilis, non nebulis obductum,
 Sed fulgentissimi Sideris, Solis, splendore privatum.

Qvid igitur mirum,
 Oculis dum requirimus lucem in tenebris,
 Solem medio die cœloqve sereno requirimus oculis,
 Lucem scilicet in luce, Solem in Sole? *
 Sed reprime crenam calame.
 Sole alio hætenus caruit nostrum solum,
 Sole nimirum juxta & oculo Patriæ.

Vel clarius:
 Splendore ac præsentia PATRIS PATRIÆ Serenissimi.
 Qvodsi itaqve Magni illius Regis milites torpebant,
 Despondentes animum, hastam cum scuto abjicientes,
 Cum prima vigilia Luna deficiens sideris sui nitorem conderet,
 Cum sanguinis colore suffuso lumen omne fædaret; *)
 Meritò & nos clementissimo privati calore
 REGIS NOSTRI POTENTISSIMI
 ELECTORIS SERENISSIMI
 PATRIS PATRIÆ INDULGENTISSIMI,
 Gaudendo lugebamus, in luctu versati ac squalore:
 Cum Sol noster Saxonius occidisse videretur.

Rectè videretur!
 Namqve
 SERENISSIMUS PATER PATRIÆ.
 Voluit nobis subducere Præsentia suæ splendorem
 Ejus ex absentia ut disceremus absentia dolorem.

Qvid dolorem!
 Absens est præsens.
 Corpore Patria egreditur
 Animo ut ingrederetur,
 Patriam ingreditur,
 Favore ut suo nunqvam eâ egrederetur.

* Alluditur ad Eclipsin solarem. *) Curt. libr. 4. Cap. 10.

O fal-



O salve itaque horizonte super nostro Sol exoriens,
Salve ter & amplius clementissime PATER PATRIÆ.

O patere PATER PATRIÆ

Acclamari Tibi, quæ pacifico olim Augusto, verba,
Verba, quæ dudum ingeminavit cara tua Torgavia:

DIVIS ORTE BONIS, OPTIME SAXONÆ
CUSTOS GENTIS, ABES JAM NIMIUM DIU
MATURUM REDITUM POLLICITUS PATRUM.

SANCTO CONCILIO, REDI.

LUCEM REDDE TUÆ, DUX BONE, PATRIÆ,

INSTAR VERIS ENIM VULTUS UBI TUUS

AFFULSIT, POPULO GRATIOR IT DIES

ET SOLES MELIUS NITENT. ^b

Res sane ominosa!

Tantum Solis splendorem resplendescere cernit Torgavia,

Quantum Magnus Poloniarum Rex VALESIUS olim

Suo in hanc urbem introitu præfagiit Torgaviæ. ^c

O patere igitur PATER PATRIÆ

Non minus ad tuum, quam Herois illius aspectum

Effusam omnem hanc tibi obviam procedere civitatem:

Omnibus non humanis, sed divinis Te honoribus onerare
civitatem:

Ipsos Tibi gratulantes Deos ferre omnem hanc civitatem, ^d

Quæ gaudia, quæ vociferationes fuerunt,

Quæ florum in Victorem Flaminium Romani profuderunt,

Quæ libertatis pronuntiatae verba iterum iterumque præco-
nem jusserunt:

Ea modulatissimo tibi arum cantu,

Ea dulcissimo fidium concentu,

Ea jucundissimo tubarum strepitu

Te, PATER PATRIÆ, frui, desideramus, flagramus, anhelamus. ^e

O salve Rex AUGUSTE,

Dulce Saxonum Decus ac Delicium,

Dulce decus ac delicium ex præsentia Tua capientium,

Salve imperiorum Tuorum Scutum ac Præsidium ^e

Scutum ac præsidium Tuum exosculantium

Asylum

^b) Horat. Od. V. Libr. IV.

^c) Vid. Chronicon Torgense MS. Anno 1574. den 14. Januar. Ist der neue Pola-
nische König Henricus Valesius, so zuvor Eduardus Alexander ge-
heissen / sonst König von Navarra, Königs Caroli IX. in Frankreich
Bruder / zu Torgau eingezogen. &c.

^d) Justin. libr. 5. Cap. IV.

^e) Flor. libr. II. Cap. VII.

^f) Fabius dicebatur Imperii Scutum, Flor. libr. II. Cap. VI.

Salve afflictorum Asylum ac Refugium;
 Asylum ac refugium in Te omne ponentium;
 Salve hostium Fulmen ac Tonitruum
 Fulmen velut ac tonitruum Dextram Tuam horrentium.

O patere denique PATER PATRIÆ
 Excipi abs tua Te Torgavia ea gratulatione,
 Qva olim à Roma Imperator PERTINAX:
 O JUPITER O. M. SERVA NOBIS PERTINACEM!

Quid Jupiter!

O JEHOVA O. M. SERVA NOBIS NOSTRUM AUGUSTUM!
 Ingeminari à tua Torgavia Votum, quod olim à Roma,
 Carolo M. coronato:

(Carolo) AUGUSTO MAGNO ET PACIFICO VITA ET
 VICTORIA!

Sed siste gradum calame.

En adsunt duo Musarum alumni & probi & docti,
 Anteqvàm petant, qvam petant jam concedimus, Academiam,
 Tabulam GRATULATORIAM pariter ac VOTIVAM
 Urbem hanc ingressuro PATRI PATRIÆ suspensuri:

Gottfried Hermann / Bitterfeldensis, &
 Gottfried Berger / Domizienfis.


Qvare

Qvos gaudentes, non lugentes, juvat congratulari
 Serenissimo PATRI PATRIÆ,
 Concurrite!

Qveis volupe est vota facere clementissimo PATRI PATRIÆ
 confluite, & quæ dudum, & repetite:

D gut'ger Himmel mehre
 Augustens Glück und Zeit. Und/nimt des Helden Ehre
 Noch einen Zusatz an/ so sey auch dieß gesagt:
 Gott schaffe/ daß sein Ruhmbiß über'n Himmel ragt.
 Zwen Wörter sind noch da: Du siehest unsre Schulen/
 Großmächtigster August / um deine Gnade buhlen/
 Sprich nur so viel: Ich bins / der auf dem Throne sitzt/
 Und eure Schule gleich wie meine Väter schütz.
 Die Musen-Schaar wird oft den Redner Platz besteigen/
 Und der Nachkommenschaft dieß stete Denckmahl zeigen:
 Es lebt der Musen Gott/der Sachsen Preis un' Lust/
 Der Polen Gideon/ Held Friederich August.

g) Hæc fermè eadem Musarum vox erat die 20. Julii 1694. qvò fidem Civitas hæc suam sacramenti religione novo Patri Patriæ Clementissimo obstringebat.



78 M 437

ULB Halle
001 515 276


3


TA → OL

kein Rest.

nur 51. Stk verwendet bisher

I

10/17




od. yg
74
5.

AD
SOLARIS ECLIPSEOS MAGNÆ

d. 13. Septembr. 1699. cum stupore visæ

CATASTROPHEN



In
Clementia reduce
SSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,
RICI AUGUSTI,
agni Ducis Lithuaniae,
Samogitiae, Kyoviae, Volhyniae,
nolensciae, Severiae & Czernichoviae,
ntium, Angriae & Westphaliae, S. R. Im-
is, Landgravii Thuringiae, Marchionis
inferioris Lusatiae, Burggravii Magde-
gnitate Hennebergiae, Comitis de
g & Barby, Dynastae in Ra-
stein, &c.

AC PRINCIPIS NOSTRI
LEMENTISSIMI

In
RIO TORGENSEI
Octobr. 1699. Hora VIII.

IRANDAM
tes Patroni ac Fautores
quã par est humanitate
avitantur

o **Steinbrecherò,**
Rectorè.

ORGÆ,
HEMPIANO.

